

THESES PHILOSOPHICÆ

EX
PHYSICA, & OPTICA

[Schönau
Hedwig von]

EX
PHYSICA
DE AERE.



Eris nomine corpus invisibile & subtile intelligimus, quod globum terraqueum ubique ambit, ejusque atmosphæram constituit. II. Hunc aerem non esse purum, sed ex diversissimi generis corpusculis mixtum esse, indubitato asserimus. III. Particulæ aeris visu explorari nequeunt, frustra etiam illas microscopiis exquisitissimis subdere conamur. IV. Aerem tamen saltem tactui subjici posse, ac proinde corpus esse, quilibet facile convincetur. V. Duæ sunt aeris proprietates præcipuæ ejus elasticitas & gravitas, hanc ultimam non nisi levibus conjecturis assequebantur antiqui; ut Aristoteles, aliique.

USUS.

1. Ex unico sensu in Physicis noli judicare: non tangimus lucem, & tamen eam videmus, & non videmus aerem, licet sit luce densior, sed tactu eundem adesse novimus.
2. Quare falsa est hæc argumentatio, nihil video corporei, ergo nihil adest;
- 3.

Causa